



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Et.. Decano Parisiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Romani Pontificis Lib. X.

7

nem omnipotens Dei & beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit
incursum. Datum Laterani VII. Id.
Martij, anno decimo.

..EPISCOPO ET.. DECANO
Parisensi.

Epi. 11.
Vt procedant
contra quos-
dam falsarios
pena illos cit-
at falsarios ed-
ta puniendo.

V Estra prudentia nos consuluit
utrum ab apostolica sede proceſſe-
rit hujusmodi decretalis allegata nuper
in judicio coram vobis, quam de verbo
ad verbum nobis in hac forma scripsistis.
Q V I S Q V I S in suis dubitationibus a
nobis sperat remedium posse conferri,
prona nos convenientiamostate p̄stare.
Discretionem igitur tuam non immerito
commendamus, pro eo quod questioni-
bus vanis & inutilibus vis finem impone-
re, quae in foro tuo s̄epissime cum magna
legum altercatione discutiuntur, ecclē-
siastica utilitati consulendo, & subječto-
rum utilitati providendo. Ex tuarum ita-
que inquisitione q̄estionum nobis inno-
tuit quod quidam, causa coram suo ordi-
nario non mota, vel causa mota, præter-
missa appellatione ad sedem apostolicam
accidentes, ad judices alterius provinciæ
litteras impearant. Cūm autem rei citati
coram judicibus apparent, eorum ex-
amen declinare contendunt; quandoque
contra adversarios excipientes, quia eos
primò non admonuerunt, & auctorita-
tem sui ordinarij postposuerunt; quandoque
que quia extranei judicis expetere judi-
cium vel pati recusant. Nos autem ab
animo tuo dubitationem auferre cupien-
tes, constituius ut si quis prætermissa
judicis sui auctoritate ad nos accesserit, &
litteras impearaverit, nisi ad judicem im-
petret ordinarium, ei nullum afferant pe-
nitùs suffragium. Sacrae verò leges di-
cunt, quibus auctoritatem debemus ac-
commodare, quod si quis spero judice
provinciæ ad Imperatorem accesserit,
nullum deber ei dare responsum, ne in
hoc videamur jura subvertere, ad quos
potissimum pertinet ea tueri & fovere.
De illis autem qui lite pendente litteras
impearant, judicamus eorum imprecatio-
nem illis non debere prodeſſe, cūm pri-
vilegium ſuper re litigiosa imprecatum
non valeat, maximè cum in ſacris cano-
nibus cantum inveniatur in medio litis fa-
cras iuffiones non impearari. Si quis au-
tem, dum lis examinatur, pragmaticum
typum impearaverit, ei prodeſſe nolu-
mus. De illis autem qui ad judices extra-

neos litteras impearant, fancimus juxta a
legum auctoritatem quod litteræ nulla
tenus debent effeſtum fortiri, niſi illi
qui litigant, contra Metropolitanum vel
Præfideſt provincie caſam habuerint; a
maximè cūm judices nostri temporis
amorem Dei amori mundi quandoque
poſtponunt, non animadvertereſt quod
occifores corporis non ſunt timendi con-
tra homines iuſtitiam impellentes. Illam
autem dicimus provinciam quæ juxta
Chalcedonense Concilium habet Metro-
politanum, & quæ certis limitibus est di-
viſa, ut Aquitania, Britannia, Norman-
ia, & idem ſit in ſimilibus iudicium. Sa-
nè conſulisti utrum illi dandæ ſint indu-
ciae deliberaſtis qui coram judge ordi-
nario eas obtinuit, cūm coram judge de-
legato reus appetat. Ad quod utique ref-
pondemus, quod cūm à nobis ad appella-
tionem reſcriptum eſt, dilationem tribui
non licebit, eadem ratione qua in pre-
ſentia noſtra tribui non ſolet. Ad hoc
quod requiriſt utrum illi dandæ ſint indu-
ciae qui noſtrum reſcriptum in literis ci-
tatoriis iſertum accepit, dicimus quod
eas implorare non debet, juxta Felicis
Papæ decretum conſtituentis quod Epis-
copi accusati per ſcripta debent signifi-
care quid opponatur, ut parati ad reſ-
poſitionem veniant; maximè cūm co-
piam noſtri reſcripti coram judge dele-
gato habeat & diligenter poſlit perſpicere
ubi de reſcripto aliquid fuerit adjectum
vel ſubtractum. De eo autem quod du-
bitas, quod interdum titulo donationis,
interdum titulo venditionis transferuntur
ville, tum ad laicos, tum ad religiosos,
quarum poſſeſſione laici jus patronatus
ſibi vindicant, utrum ad illos transfera-
tur jus patronatus cum universitate, ad
hoc tale damus reſponſum, quod religio-
ſe perſone in villis acquisitiſ id vendicare
poſſunt.] Super quo vobis duximus reſ-
poſitionum quod quanquam in decretali
ſeu potius concretaſti p̄amisla contineſi
aliqua juri conſona videantur, quibus te-
merarius fabricator ipſius ſua mendacia
coloravit, nos tamen eam, utpote falſam,
omnino reſpuimus & damnamus, diſcre-
tioni veltræ per apostolica ſcripta man-
dantes quatinus revocato in ſtatuum debi-
tum ſi quid ejus occaſione in favorem
utentis ea fuerit attentatum, actores ip-
ſius, ſi potuerint reperiri, vel illos quos
noveritis uſos eſſe ſcienter eadem, poena
contra falſarios edita puniatis. Datum
Laterani V. Idus Martij, anno decimo.